



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXXIII. Der Rath zu Salzwedel bekundet eine Schenkung an das
Barfüßer-Kloster daselbst, am 14. März 1287.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

communiri. Datum Meyenborch, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, in die festiua omnium Sanctorum.

Nach dem Orig. im Salzwo. Archiv XXV, 1. — Mit der falschen Jahreszahl 1281 in Lenz Br. Urk. S. 93.

XXXIII. Der Rath zu Salzwedel befundet eine Schenkung an das Barfüßer-Kloster daselbst, am 14. März 1287.

Vniuersis hanc litteram inspecturis uniuersitas Consulium Ciuitatis Saltwedelenfis, salutem in omnium redemptore. Omnia, que geruntur in tempore, cum temporis varietate transeunt et mutantur. Hinc est, quod ea, que aguntur in tempore, ne in oblivionem veniant, solent litteris autenticis et ydoneorum testium subscriptionibus roborari. Notum ergo facimus tam presentibus quam futuris, Henricum parceval vendidisse unum chorum filiginis, pro XI. Marcis Argenti, Domine Margarete, relicte Henrici de Rorberch, quondam civis Saltwedelenfis, libere cum omni proprietate, sub hac forma, videlicet, ut dicta domina Margareta temporibus vite sue de Molendino ante castrum Saltwedel constituto, ipsum a molendinario singulis annis tollat, post vite vero sue decessum, ad Dei laudem et ad anime sue maritique sue defuncti salutem, procurator fratrum Minorum in Saltwedel, eundem chorum prefatum recipiat annis singulis in perpetuum pro lumine lampadis apud predictos fratres jugiter instaurando. In hujus facti firmitatem presenti pagine sigillum nostre ciuitatis duximus apponendum. Acta sunt hec Anno Domini MCCLXXXVII. II. Idus Martii, existentibus Consulibus Heinrico de Gorckeke, Johanne Bormester, Alberto de Distorp, Johanne de Wittinge, Thidemanno de Kercowe, Waltero de Sartore, Nicholao Plume, Johanne de Thuritz, Johanne de Mechowe, Cristiano penes puteum, Johanne filio Odberti, Bertoldo de Ulsen, quibus est hic contractus publicatus, ut ejus jugis memoria habeatur.

Nach dem Orig. des Salzwo. Archives XXXV, 13.

XXXIV. Markgraf Otto befreiet eine der Gewandschneider-Gilde in Salzwedel gehörige Mühle zu Bddenstedt von der Bede und bekennt sich selbst als Mitglied dieser Gilde, am 10. November 1287.

Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, Recognoscimus et istius scripture testimonio publice protestamur, quod nos molendinum apud Bodenstede, quod in Saltwedele ad eam fraternitatem, que Teutonice Gilde dicitur et precipue ad honorem dei instituta est, pertinet, ab omni petitione seu precaria exactione, que vulgariter Bede vocatur, simpliciter liberum donauimus et solutum. Et quia nos personaliter in eandem fraternitatem recepti sumus et speramus, omnium honorum, que in ipsa sunt, participes fieri: Volumus, quod illud molendinum ea libertate perpetuo perfruatur: et ideo, ne eadem libertas in posterum a nobis vel nostris successoribus possit aliquatenus infirmari, presentes literas de certa nostra scientia scriptas iussimus in euidens testimonium

Hauptst. I. Bd. XIV.